

בראשית כראשית

SIVE

THESES EX SACRÆ SCRIPTURÆ Libro primo

QVæ

PATROCINANTE INVIOLATA AB ANGELO SALVTATA DEI-
PARA MARIA

propugnandæ suscipiuntur

In Conventu F.F. Minorum Capucinorum Fuldæ

Die 29 Martii hora octava Matutina.

PROPOSITIONES BIBLICÆ, ET REFLEXIONES POLEMICÆ.

- I. **על הים כרא** cum **ים** אלהים c. 1. v. 1. Mysterium non denotat, sed S: linguæ Idiotismus est.
- II. Textus originalis legens c. 3. v. 15. **הוא ישופך ראש** vulgatæ nostræ non contradicit, beneque inferitur: Messias ex Virgine immaculata nasciturus erit homo-Deus.
- III. Hujus Virginis Innocentissima anima non erat propagata seminali virtute per traducem, sed sicut in singulis hominibus singulæ a Deo creantur, ita & anima ejus &c. juxta illud c. 2. v. 7. **ויפה באפיו** **ים** nec repugnat gen. c. 46. v. 26.
- IV. Quæ proin ab eodem spiritu est obumbrata, qui **עלה** c. 1. v. 2. ferebatur super aquas.
- V. Cujus Unigenitus factus sub lege, est quoque circumcissus; ipsa autem circumcisio, licet Abraham, & semini ejus fuerit præcepta c. 17. v. 10. pœnaque incircumciso dictata v. 14. non tamen a Deo erat instituta ad delendum peccatum originale, multo minus conferebat gratiam ex opere operato.
- VI. Peccatum autem originale non est ipsa concupiscentia, utpote de se non mala, quod clarius patet ex tex: orig: **כי צר לנהארסרע** c. 8. v. 21.
- VII. Neque actus ex ignorantia factus, aut concupiscentia præveniente non liber peccatum, & pœna dignus est; Contra Heterodoxos ex somnio Abimelech c. 20. v. 3. Contrarium Somniantes.
- VIII. **Omnia** Omnis vero prævaricatio præmeditata est quidem (non tamen semper mortaliter) mala: etenim Isaac c. 26. v. 7. super uxore sua interrogatus, mortis timore actus respondit soror mea est, gravi peccato inculpandus non est, ergo dantur peccata ex natura sua venialia, amicitiam Dei non dirimentia, nec maledictionem inducentia.